

cum quolibet Receptore dictarum Receptarum, sine quo ^a Contrarotulore, Receptor non poterit nec debet tradere ^b Firmas Receptorum suarum, nec facere aliquam receptam vel expensas, tam de ^c ordinariis quam de extraordinariis Receptorum suarum, sine presentia ejusdem ^d Contrarotulariorum; qui Contrarotularius registrabit in libris & papyris suis, omnia que recipiuntur & solvuntur de dictis Receptorum tam ordinaria quam extraordinaria, capitulis & locis suis, prout fuerit faciendum; ac in qualibet quantitate, quam dictus Receptor faciet (a) de sic per eum recipiendum, idem Contrarotularius apponet contra signum suum manuale, in modum majoris certitudinis: qui quidem Contrarotularius tenebit libros & scripta quos & quæ fecerit super facto dictarum Receptarum; & quidquid super hoc factum fuerit, remittere tenebitur fideliter inclusum sub ejus sigillo & signo manuali, in Camera nostram Compotorum Parisius, in fine cujuslibet anni, ad faciendum de hoc collationem cum compotis ordinariis Receptorum de qua fuerit Contrarotularius, prout fuerit faciendum. Cumque audita fide digna relatione facta dilectis & fidelibus Gentibus nostris dictorum Compotorum nostrorum, de fidelitate, diligentia & idoneitate Magistrum ^e Bernardi de Bordis, Notarii Tolosæ, notum facimus, quod Nos ipsum Bertrandum facimus, constituimus & ordinamus Contrarotularium Receptorum nostrarum Tolosæ; cui Bertrando potestatem concedimus exercendi illud Officium, juxta nostre presentis Ordinationis tenorem, ad valia Centum Librarum Turonensium, per annum, quamdiu dictum Officium modo predicto exercebit, super dicta Recepta habendorum & percipiendorum: mandantes harum serie, Senescallo nostro dicte Senescallie Tolosæ, aut ejus Locumtenenti, quatenus, visis presentibus, dictum Bertrandum in dicto ^f Contrarotulariorum Officio, instituat ex parte nostra; & ne ^g aliquid per nostram presentem Ordinationem, per ignorantiam vel alias, fraudare valeat, hujusmodi Ordinationem nostram, in omnibus locis consuetis dicte Senescallie, ubi fuerit faciendum, proclamari & publicari diligenter faciat: præcipiendo Receptoribus nostris ibi, cæterisque quorum intererit, quod istam Ordinationem firmiter teneant; inhibendoque, ^h ne quis eorum in contrarium quidquid attemptare presumat, cum ⁱ incurratione quod si aliquis contrarium facere præsumperit, illud ex nunc nullius valoris esse volumus; & mandamus Receptoribus predictis, presenti aut qui pro tempore fuerit, quatenus dicta valia dicto Bertrando persolvat terminis consuetis, quamdiu dictum Officium modo præmissis exercebit; quæ sic soluta, in ipsius compotis, per dictas Gentes nostras Compotorum nostrorum, sine difficultate allocabuntur. In cujus rei testimonium, presentibus Litteris nostrum fecimus apponi Sigillum. Datum Parisius, die 7.^a Augusti ^k 1368. & Regni nostri quinto.

CHARLES V.

à Paris, le 7.
d'Août 1368.^a Contrarotulario
² Copie.^b Firmes.^c ordinario quam
de extraordinario
² Copie.^d Contrarotularii
² Copie.^e Bertrandi, ²
Copie.^f Contrarotularii
² Copie.^g aliquis.^h eidem, ²
Copie.ⁱ Intimatione,
² Copie.^k Anno Domini,
² Copie.

Et estoient ainsi signés. *Per Consilium existens in Camera Compotorum Parisius, in quo vos Gentes Compotorum & Thesaurarii eratis.* P. DU CHASTEL.

NOTES.

tre Copie, avec cette indication: *Seneschauflée de Toulouse en general, Arm. C. 3.^e liasse des Actes ramassés, n.^o 1. folio 25. verso.* Elle est plus défectueuse que la première.

Dans cette ².^e Copie avant les Lettres du Roy, il y a:

A tous ceux qui ces Lettres verront: Hugues Aubrier, Garde de la Prevosté de Paris: Salut.

Savoir faisons, que Nous, l'an de grace mil cccxviij le Venedy xi jour d'Aoust, veismes une Lettre du Roy nostre Seigneur, scellée de son grant Seel, contenant la fourme qui sensuit. Il y a dans la Copie (aline.)

(a) de sic] Ces mots sont ainsi écrits dans les deux Copies, & paroissent corrompus; à moins qu'on ne veuille dire que sic est pris icy pour un substantif, & alors il faudra corriger: *recipiendo*; & cela signifiera, ce qu'il recevra de cette manière.

* Il faut corriger, *Aubrier*.

(a) Mandement pour augmenter le prix du Marc d'Or.

CHARLES V.

à Paris, le 18.
d'Août 1368.

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France: A noz amez & seaulx les Generaux-Maistres de noz Monnoyez: Salut & dilection. Nous, pour certaine

NOTE.

(a) Registre D. de la Cour des Monnoyes, fol. six-vingt-seize recto.

Tome V.

Avant ces Lettres il y a: *Lettres de huit solz de cruë au Marc d'Or.*

Q ij

CHARLES V. cause, vous mandons & commandons, que tantost & sans delay, ces Lettres veuës, vous faciez donner en noz Monnoyes de Paris, Roüen, Sainct Quentin, Troyes, à Paris, le 18. Dijon, Châlon, Mascon, Sainct-Pourcein, Tours & Angiers, à tous Changeurs d'Août 1368. & Marchans frequentans icelles, de chascun marc d'Or fin, qui sera apporté en icelles, huit solz Tournois de creuë, outre le pris que Nous y donnons à present: Ainsi auront pour marc d'Or fin, soixante-deux livres dix-huit solz Tournois: & de ce faire, vous donnons pouvoir à vous & à chascun de vous. Si gardez que en ce n'ait deffault. *Donné à Paris, le 18.^e jour d'Aoust, l'an de grace 1368. & de nostre Regne le quint.* Et estoit ainsi signé. *Par le Conseil estant en la Chambre des Comptes.* DY. REGIS.

CHARLES V. (a) Lettres qui portent, que les Commissaires du Roy ne pourront tirer les habitans de la Ville & de la Viguerie de Narbonne, hors du territoire de cette Ville & Viguerie, pour juger les procez de ces habitans; si ce n'est dans les affaires où le Roy aura interest.

a Auditoire, lieu où l'on rend la Justice.

d decidere.
e declarare.

KAROLUS, &c. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, Nobis pro parte dilectorum & fidelium nostrorum Consulum Ville Narbone, humiliter exposuimus extitisse, quod cum antiquitus per certos Reformatores seu Commissarios Regios, ordinatum extiterit, & post modum per Predecessores nostros Reges Francie, consummatum, quod in Senescallia Carcassone, forent duo^a Consistoria; unum videlicet, in Curia Carcassone, & aliud in Curia Biterris, in quibus seu eorum altero, quicumque Commissarii Regii in dicta Senescallia quomodolibet deputati, Causas quasque suarum Commissionum, tenere &^b decedere haberent, ac etiam^c declarare in Senescallia supradicta, & non alibi: à quo quidem tempore dictarum Ordinationum (b) quicumque Commissarii quarumcunque Causarum Ville & Vicarie antique Biterren. antequam Vicaria nostra Narbon. per Arrestum Curie nostre Parlamenti dudum disjungeretur & separaretur, nullum habitantem Ville & Vicarie antique Biterren. predictarum, ab eisdem, suarum Commissionum vigore, extrahebant; sed in dicto Consistorio Curie nostre Biterren. jam dicte, de eisdem cognoscebant, & determinabant easdem: nunc vero per Arrestum predictum, su dicta Vicaria nostra Narbonen. à dicta Vicaria antiqua Biterren. perpetuo totaliter separata & disjuncta; & per idem Arrestum, debet gubernari atque regi, modo & forma quibus dicta Biterren. Vicaria regebatur & gubernabatur: Nos hiis attentis, eisdem Exponentibus, pro se & aliis Universitatibus & habitatoribus Ville & Vicarie nostre Narbone predictæ, de nostris auctoritate & plenitudine Regie potestatis & de speciali gratia, concedimus ac etiam ordinamus per presentes, ut quemadmodum in dicta Vicaria Biterren. dum continebat vel in se includebat dictam Vicariam Narbone, & antequam dicte Vicarie forent ad invicem separate, ut premititur, & disjuncte, fiebat & erat solitum observari, eodem modo fiat & observetur in dicta Vicaria Narbone; videlicet, quod deinceps nullus Commissarius Regius, vel alius cuiusquam auctoritatis, status, preeminentie vel condicionis existat, in quibuscunque Causis, negociis sive factis, habitatores quoscunque Ville & Vicarie nostre Narbone predictarum, quarum quidem Causarum, negociorum vel factorum, utraque pars sit de dictis Villa & Vicaria Narbone; dum tamen non tangat vel concernat Nos, vel Procuratorem nostrum pro Nobis seu jus nostrum, habitantem Ville vel Vicarie nostre Narbone predictæ, possint adjournare vel trahere seu inquirere extra Villam & Vicariam nostras Narbone predictas, vigore suarum Commissionum predictarum; sed in eisdem Villa & Vicaria Narbone, cognoscant, diffiniant

NOTES.

(a) Tresor des Chartres, Registre 102. Piece 267.

(b) Il y a là un mot écrit en abrégé qu'en n'a pu déchiffrer: il y a *ccc* ou *iii* avec une marque d'abréviation. Cela pourroit faire *circiter*.